

IN VENTRIS FLUXIONIBVS.

fit, & in quo statu ægritudinis simus. Hesterna nō vidi, sed hodierna erant compacta, & videbantur habere formam, quam laudat Hipp. 2. Prog. & accedere ad substantiam mellis concreti: color tamen nō naturalis erat, sed nigrior: substantia inæqualis, & materia liquidior cum spuma etiam. Audio præterea ex ægro, dum egerit, affici dolosibus circa ventriculum, & intestina gracilia, & interdum etiam circa intestinum rectum, qui dolor non ita acutus est, vt prior, non tamē ablatus. Unde habent spumam hærentem in corona, color ad rubedineum tendens, non proportionatus temperaturæ, nec clara est, vt in sano, haber dispersum sedimentum per totam substantiam vrinæ, & crassum. Habet præterea magnā appetitus prostrationem, & virtutis, abhorret ab omnibus, non dormit: & licet assidentes eum hac nocte putent dormisse, ipse tamen omnia audiuisse affirmat. Præcessit dyenteria longa, & insignis cum febri, quæ exiccat, & facit arecere membranosas & tenues illas partes, vt quasi breviores factæ videantur. Hic conuenerunt omnes causæ, quæ faciunt grates musculos, & remouēt pinguedinem corporis. Corpus naturaliter siccum accesserunt febris exiccans, & fluxus, & tamen habet musculos adhuc boni habitus, nec exaruit, & in parte sinistra apparuit tensio, & humor præter naturā. Hæc omnia consideranda sunt ad veram inventionem curæ. Incipiā ab excrementis, quorū superiora non vidi, ideo nihil de iis dicere possum. Sed diebus preteritis, cineritia quandoq; quandoq; alba excrevit, & luto candidiori similia, & nunc nigra excernit, quod deterius est, & auget intentionem meā. melius enim esset perseverare excretionem vnius generis: nam cū sint varij generis, indicant varijs causas, & interdum oppositas, & morbi esse difficiliorē. Sed quicquid sit, præcessit dyenteria acrum humorū, ita vt etiam ramenta intestinorū egereret, quæ fiunt ab acerrimis humoribus erodentibus & adustis. Accessit tēperatura adusta, quæ plus generat bilis adustę, quām naturalis, & color niger totius corporis indicat dominium talis humoris. Accesserunt & alia, quæ augmentadustionem, videlicet ratio vicitus, & in præfenti sunt obstrunctiones in liene, est tumor in omnibus intestinis, & habet ventrem inflatum. Ideo credo, etiamsi cessauit fluxus propter optimam reversionem, circa quæ magnus labor est. Nam nisi remoratur, incidet in fluxū hepaticum, vel alium morbum, quo tota deinde hac hyiene laborabit. Sed quas tamen credis esse dispositiones? Credo primum ventriculum frigidorem seipso, & ideo multiplicari humorē pituitosum, qui relacat ventriculum, & destruit appetitum, quia pertinuita adhæret impacta orificio ventriculi, & facit prostrationem appetitus, quia contraria est corrugationi, quæ est causa famis. Ideo arrident ei acida, & incidentia propter eandem causam: quia pituita abundat in ventriculo, & eum reddit frigidorem: vnde inappetentia sequitur, & cruditates etiam, ob quas exeunt excrementa non colorata, vt vides excellentia V. diebus præteritis.

A Nam vbi cruditates sunt, fæces albæ egeruntur, quia non fit bona concoctio in ventriculo, & humores crudi exeunt. Video etiam, quod abundet flatibus, quia venter heri multò magis tumidus, quām hodie, & saepe incitatur ad egerendum, & nihil egerit. Est ergo in ventriculo frigiditas, ratione cuius sequuntur dicta symptomata. Deinde in hepate fuit, & nunc etiam est, licet non tanta caliditas, quanta fuit antè, cùm generabatur maxima copia bilis adustæ, quæ fuit causa dysenteriae. Nunc non tantus calor, quia humores calidi educti sunt, & eorum euacuatio refrigerat corpus. Secundo, quia in longis ægritudinibus semper caliditas resoluitur, & exit, frigiditas vero remanet. Tertio, propter remedia exhibita purgantia, non est tantus calor modò. Talis tamen adhuc est, qui nobis facessat negotiū. Ideo & vrinæ tinctæ, & excrementa nigra & inæqualia, quia membra inæqualia à quib. excernuntur, ventriculus frigidus, hepar calidū, & perniscetur etiam C aliquid de fæce sanguinis, propterea quod lien propter obstrunctiones non ita attrahit, sicut oportet: ideo regurgitat in intestina, & exit cum fæciis, & hanc ob causam sunt nigrae etiam, non tamen propter caliditatē hepatis adurentis humores. Varias igitur colligo ægritudines in hoc corpore, frigiditatem ventriculi, caliditatem hepatis, obstrunctiones circa regiones lienis, quarum manifesta est causa illa inæqualitas membrorum, puita obstruit meatus, & ideo lien non attrahit, si cut oportet: ergo abundat humor melancholicus in maiori copia, quām debet, & ita educitur per intestina. Hinc etiam sunt vigiliæ, quæ præcessunt, & exiccarunt cerebrum. Cerebrum natura siccum habuit, accessit fluxus calidus, & vapores calidi & siccii ascenderunt ad caput à melancholia & bile, vnde timet magis quām debebat, desperat & despondet animum præter rationem, quod proprium est melancholicorum. Cùm dormit, imaginatur se non dormire, & sentire omnia. D Quibus prouidendum præcipue? Obstrunctiones aperiendæ sunt, confortandus ventriculus, & cauendum ne hepar calefiat magis: non tamē vellem refrigerare, quia si humores euacuentur, & aperiantur obstrunctiones, euentabitur caliditas eius, & sponte redibit ad temperamentum, & sequetur sanitas. Ventriculus igitur corroboradus, & aperiendæ obstrunctiones. Quibus? Sola ratione vicitus curari poterit, si obtéperet. Ea igitur primo instituenda. Comedat cibos facilis coctionis & multi nutrimenti. Detur opera, vt calor naturalis augeatur, quo restaurato, ventriculus corroborabitur, & optimè faciet operationes suas: hoc fiet, si vtatur illis, quæ faciunt bonum sanguinem, quæ sunt nota. Vinum sine dubio dandum est, tanquam medicina nutriendis, sed illud sit subtile, clarum, limpidum, album, nō aquosum & flatuosum, nec acidum, nec acre, non quidem maluatum, nec fortissimum, sed tantum sapiat naturam vini. Est enim solitus bibere vinum potens sine aqua, & corpora magis nutriuntur cibis consuetis. Tale vinum præterquam quod nutrit, aperiet etiā obstrunctiones, & cōcoquet materiā, quæ in viis est, & erit medicamentum & alimento. Si